

nia in voluntatem nominaturi contulerit, ut prorsus ab ejusdem nutu Cappellaniæ possessionem pendere voluerit? Non est in proposito dubitandum, quin fundatoris sequi oporteat voluntatem, & nunquam possessor sine causa remorus conqueri apud Judicem possit, nisi dolus removentis adsit, & per injuriam remotio fiat, argumento canonis 63. caus. 11. quæst. 3., capituli 31. de elect. in 6., & l. 12. §. 3. ff. de liberali causa. Finge nunc, conferentem Cappellaniam hujus generis, collationis tempore spondisse, se non revocaturum. Ecquidem quæcumque obligatio ex ea pactione nata dicatur, in successorem minimè transibit, nisi successor, sit heres promissoris, l. 14. cod. de rei vindicat., successor enim, qui heres non est, jure proprio, tanquam vocatus à fundatore, factò decessoris minimè adstringitur. Quamobrem si in ejus generis Cappellania constituendum ecclesiasticum patrimonium sit, quasi titulus perpetuus ordinationis, satis non erit factum menti Ecclesiæ perpetuum patrimonium postulanti, si conferens Cappellaniam, spondeat, se non revocaturum, nisi ulterius ipse caveat, se, quocumque casu Cappellaniæ concessio revocetur, tantundem substituturum, quantum patrimonialis constitutio requirit. Num verò poterit ipse conferens adversus sponsonem suam revocare concessionem? Ego distinguendum puto, an æqua superveniat revocandi causa, an minus. Si enim nulla subest revocandi causa, quid oberit, ne pacto, quod jam ipso jure collationi Cappellaniæ inesse diximus, firmetur collatio, & quod collatum fuit, non revocetur? At si

æqua superveniat revocandi causa, multum intererit, an ista ex parte conferentis accesserit, quia ex gr., idoneum consanguineum invenerit, quem velit Cappellano præferre; tùm verò pactum vires exeret, quum unusquisque favori pro se introducto valeat renunciare; atque id est, quod modò tradebam, & istud pactum successorem patronum, dummodò heredem, obligare; an causa accesserit ex parte Cappellani, quia fortè Cappellanus non rectè in Cappellania versetur; tùm verò pactum illud inane prorsus esset, nec aut paciscentem ipsum, aut paciscentis heredem obligaret; utpotè quod fundatoris voluntatem everteret, qui conditione revocationis adjecta sollicitus maximè fuit, ut ea lege Cappellanum in officio contineret; successor autem fundatoris tenetur leges omnes à fundatore positas custodire in ea parte, quæ non meram gratiam exhibent successoris. Simili de causa ego puto, Cappellaniam ecclesiasticam, quæ revocari ab Episcopo ex foundationis tabulis possit, etiam si aliquando à Pontifice Maximo extra ordinem conferatur, adhuc ab Episcopo revocari posse, si Cappellanus certam revocationi faciendæ causam præbuerit; imò & in hac specie illud accedit, quòd Pontifex Maximus in ea collatione non præsumatur rei collatæ naturam immutavisse, argumento capituli 6. de confirmat. utili, vel inutili, & Clementinæ unicæ vers. *Premissa* de suppl. neglig. Prælat., quamquam tamen in proposito optimum erit Ordinarii consilium, si nonnisi ex graviore quadam emergente causa ad revocandam à possessore Cappellaniam deveniat.

CONCLUSIO.

His omnibus arbitratus sum, universam amplissimam beneficiorum ecclesiasticorum materiam, quoad fieri per me valuit, perspicuè, ordinatèque po-

tuisse perstringi. Non dubito, quin longè plura apud Interpretes nostros, longè etiam plura apud Pragmaticos tradita reperiantur. Sunt illa factorum ad-

junc-

junctis ut plurimum involuta; sunt insuper potius accommodata variis consuetudinibus Curiarum, quam scriptæ, eidemque perpetuæ canonum disciplinæ. Curavi ego, ut quoad fieri possit, paucis exhiberentur ea, quæ magis Patrum regulis convenirent; qua in re si ego à vulgaribus recentiorum placitis visus fuero recessisse, candidè fateor, me traditionum mearum pœnitere non posse, dùm ecclesiasticorum virorum, qui & novis, & universæ Ecclesiæ auctores quoquo modo sunt, & vindices germanæ ecclesiasticæ disciplinæ, dogmata secutus sum, potius quam illorum, qui se quioris ætatis usibus, nescio, an dixerim corruptelas, morem gesserunt, atque indulserunt. In meo etiam proposito me confirmant ipsæ, quas recentiores Scriptores miscent disputationes, inter quas

observo, istorum disciplinam parum esse constantem, nec ubique facillè reperire addicissimos sectatores. Interea, quæ à me tradita sunt, qualiacumque habeantur, quibusdam proderunt, ut commodè possint, & sine difficultate, quascumque nostrorum traditiones legendo, audiendove percipere, & quod optimum est, de ipsis etiam judicare. Spero etiam futurum, ut quicumque æquo animo ad has meas lucubrationes accesserit, non tantum in iis, quæ ad politionis scientiæ cultum, verum etiam iis, quæ ad forenses usus pertinent, ea inveniat, quibus non omnino frustrà laborem, operamque meam insumpsisse videar; tunc autem non me pœnitebit, imò etiam atque etiam gratulabor, quòd hanc inscripserint, brevem quidem, sed uandique absolutam tractationem.

INDEX,
QUO EXHIBENTUR ORDO,
ET SINGULARIA ARGUMENTA
TRACTATIONIS

De Beneficiis Ecclesiasticis, seu Commentariorum

IN TERTIUM LIBRUM DECRETALIUM.

*P*raefatio & partitio tractationis. Pag. 1.

DISSERTATIO PRIMA.

De Beneficiorum origine, natura, & qualitatibus. pag. 3.
 CAP. I. *Quid sint beneficia, & quæ illorum instituendorum ratio.* ibid.
 CAP. II. *De beneficiorum proprietatibus generatim, ac specialiter de perpetua beneficiariorum militia.* pag. 10.
 CAP. III. *De ingenita beneficiorum perpetuitate.* pag. 14.
 CAP. IV. *De beneficiis non scindendis.* pag. 17.
 CAP. V. *De beneficiis pluribus uni Clerico non concedendis.* pag. 22.

DISSERTATIO SECUNDA.

De variis beneficiorum speciebus. pag. 32.
 OBSERVATIO I. *De quibusdam Cathedralium, aut Collegiatarum Ecclesiarum beneficiis.* pag. 33.
 OBSERVATIO II. *De beneficiis regularibus.* pag. 46.
 OBSERVATIO III. *De beneficiis commendatis.* pag. 58.

DISSERTATIO TERTIA.

De beneficiis erigendis, restaurandis, uniendis, vel dividendis. pag. 72.
 CAP. I. *De beneficiorum erectione.* ibid.
 CAP. II. *De beneficiorum restauratione.* pag. 80.
 CAP. III. *De beneficiorum unione, vel divisione.* pag. 86.

DISSERTATIO QUARTA.

De juribus Patronorum. pag. 101.
 CAP. I. *Quid sit Juspatronatus.* ibid.
 CAP.

CAP. II. *De variis patronatus speciebus.* pag. 104.
 CAP. III. *De iis, qui Juspatronatus acquirere possunt, vel semel acquisitum retinere.* pag. 112.
 CAP. IV. *De causis, quibus Juspatronatus constituitur, & primum acquiritur.* pag. 116.
 CAP. V. *De modis, quibus Juspatronatus semel acquisitum in alios transfertur.* pag. 126.
 CAP. VI. *De modis, quibus Juspatronatus probandum est.* pag. 135.
 CAP. VII. *De juribus patrono ex Canonum disciplina concessis.* pag. 139.
 CAP. VIII. *De modis, quibus Juspatronatus amittitur.* pag. 158.

DISSERTATIO QUINTA.

De beneficiorum collationibus. pag. 165.

PARS PRIMA.

De beneficiorum collatoribus.
 CAP. I. *De jure Ordinariorum in beneficiis conferendis.* pag. 176.
 CAP. II. *De jure Capituli Cathedralis Ecclesiae in collationibus beneficiorum.* ibid.
 CAP. III. *De jure illorum, qui singulari titulo beneficiorum collationem adquisiverunt.* pag. 170.
 CAP. IV. *De iis, qui beneficia conferunt jure devolutionis.* pag. 180.
 CAP. V. *De jure Pontificis Maximi in beneficiis conferendis.* pag. 183.
 pag. 188.

PARS SECUNDA.

De variis collationum formis.
 CAP. I. *De forma collationum ordinaria.* pag. 225.
 CAP. II. *De forma collationis Parochialium Ecclesiarum.* ibid.
 CAP. III. *De forma adsequendi beneficia electiva, vel optabilia, vel patronata.* pag. 231.
 CAP. IV. *De forma collationum, quæ fiunt apud Apostolicam Sedem.* pag. 240.
 pag. 244.

PARS TERTIA.

De generalibus Sacrorum Canonum præceptis à collatoribus in ipsa collatione observandis. pag. 250.

DISSERTATIO SEXTA.

De oneribus, & juribus Clericorum, qui beneficia obtinuerunt. pag. 254.
 CAP. I. *De oneribus, & juribus, quæ spectant spirituale munus beneficio adnexum.* ibid.
 CAP. II. *De juribus, & oneribus, quæ spectant beneficialium prædiorum, aut jurium administrationem.* pag. 263.
 CAP.

CAP. III. *De juribus, & oneribus beneficiariorum, ratione habita fructuum, & obventionum, quæ ex beneficiis rediguntur.* pag. 273.

DISSERTATIO SEPTIMA.

De causis, & modis, quibus ecclesiastica beneficia amittantur. pag. 310.

CAP. I. *De causis, ex quibus beneficium amittitur juris potestate.* ibid.


CAP. II. *De causis, ex quibus beneficium ex sententia Judicis amittatur.* pag. 312.

CAP. III. *De causis, quibus beneficiarii facto suo beneficio ecclesiastica amittunt.* pag. 313.

APPENDIX.

De beneficiis impropriis. pag. 320.

CONCLUSIO. pag. 330.



804/258